

mum Brutum Gallaeciam; per Mummiū Achai-
 4 cum [et] Corinthum et Achaeos; per Fulvium No-
 biliorem Aetolos et Ambraciam; per Mariū Nu-
 midas et Iugurtham; per eundem Mariū Cimbros
 5 et Teutones; per Syllam Ponticos et Mithridatem; per
 6 Lucullum item <Ponticos et Mithridatem; per Pom-
 peium> eosdem Ponticos et Mithridatem, item Cili-
 cas piratas et Armenios cum rege Tigrane et pluri-
 mas Asia<ti>cas gentes; sub hoc enim duce ad Indi-
 6 cum Oceanum et Rubrum mare usque pervenit; per
 11 Gaiū Caesarem Gallias Germanias Britanniam; sub
 hoc duce non tantum vidit sed etiam navigavit Ocea-
 7 num; per Caesarem Augustum Dalmat[i]as Pannonios
 Illyricos Aegyptios Germanos Cantabros totumque or-
 15 bem perpacavit exceptis Indis Parthis Sarmatis Scy-
 this Dacis quod eos fortuna Traiani principis trium-
 phis reservavit.

48. De comitiis

1 Comititia dicuntur a comitatu et frequentia quod
 20 patres et classes ad suffragia vocantur creandorum
 magistratum vel sacerdotum causa.